



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1688

Tent. VIII. Circa contemptum & derisionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](#)

Deo peccent. Non participat triticum de natura pa-
lez; sic nec tu de malignitate peccatorum participato.
Valde laudabile est, de vitiis alienis tribulari, non
implicati, miserere, non harrere: dolore contrahi,
non amore attrahi.

C. Quartò etiam exempla quædam proponat eo-
rum, qui inter malos bene vixerunt, ut & sibi hoc
esse possibile cognoscatur. Hujusmodi autem esse
possunt in primis exemplum Noë, de quo S. Chryso-
stomus c. 6 in Genesio sic loquitur: Noë multos ha-
bebat, imò omnes, qui ad mala & prava opera horta-
bantur, & nullus erat, qui ad bonum induceret: &
iam domestica illi virtus erat, ut viam diversam à vul-
gari, quam omnis multitudo in ambulabat, iret, ad-
implens illud, quod Moyses olim dicturus erat: Ne
si cum multis in malitia; & illud: Melior est unus
faciens voluntatem Domini, quam innumeri Prævari-
catores. Talis etiam erat Loth inter Sodomitas:
Talis S. Job, qui de seipso cap. 30. dicit: Frater fui
Dracorum, & Socius Struthionum. Talis etiam
S. Ezechiel, cui Dominus Ezech. 2. dixit: Increduli,
& subversores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.
Cum ergo hi & similes bene inter malos vivere po-
tuerint, cur non & ipsa possit?

§. VIII.

Tentatio VIII. Circa contemptum & derisionem.

CL. **I**uliana Monialis, devota quidem & pia, sed
tamen etiam simplex admodum virgo, vi-
dens, se propter simplicitatem suam ab omnibus
propè reliquis Monialibus derisi, & contemptui ha-
beri,

beti, graviter turbatur, & prope modum de Monasterio omnino deserendo cogitat; prius tamen habet suam temptationem Confessario suo aperit. Quæritur quomodo contra eandem munienda sit?

Responsio.

CII. In primis illi ostendat, quām multi Sancti & perfecti ejusmodi derisiones sīt passi. non enim Tobias ab uxore & cognatis irritus est? non Job de seipso dixit: *Nunquid derident me niores?* an non Jeremias pariter passus est: *Factum est mihi facere in derisum omni populo?* an non David quoque dicit: *omnes videntes me deriserunt me?* an non Christus in primis in domo Jairi, dein apud Herodem, postea in domo Pilati, & tandem in cruce procaciter irritus est. quid ergo mirum, si ipsa quoque longè quam sanctitatem & dignitatem his omnibus inferior dicē quandoque irrideatur.

CIII. Secundò illi ostendat, quōd, quanto magis derisa & contempta fuerit in hoc mundo, tanto Christo similius, gratiorque sit futura, atque adhuc suo tempore coram toto mundo laudanda, & exaltanda, uti jam olim Salomon Sap. 5. prædixit, dicens: *Eos, qui alios irrident; sic olim locuturos dicimus.* His sunt, quos aliquando habuimus in derisum, in similitudinem improperii. Nos insensati vitium nostrum estimabamus insaniam, & finem illorum sicut nō: ecce quomodo computati sunt inter Filios Dei & inter sanctos sors illorum est. Quidnai ergo dicitur S. David Ps. 83: *Elegi abjecta esse in domo Dei mei magis,* quām habitare in tabernaculis peccatorum. Et iterum 2. Reg. 6. *Ludam, & vilior fiam pli quam facta sum,* & ero humiliis in oculis meis.

CIV.

CIV. Tertiò suadeat illi, ut sibi applicet totum
caput 41. l. 3. de imit. sibique à Christo dictum putet:
Filia, noli tibi attrahere, si videoas alios honorari,
& elevari, te autem despici, & humiliari. Eri-
ge cor tuum ad me in cœlum, & non contrista-
multi vobis te contemptus hominum in terris. Respondeat
passi. proin & ipsa; Domine, in vacuitate sumus, & in va-
sus est? natae citò seducimur. Si rectè me inspicio, nunquam
ent mihi facta est injuria ab aliqua creatura, unde nec justè
Factum habebo conqueri adversum te. Quia autem frequenter
oque dan- & graviter peccavi tibi, merito armatur contra me
christi spu- omnis creatura. Miki igitur justè debetur confusio &
m, postea contemptus, tibi autem laus, honor, & gloria. Et
citer tristis nisi ad hoc me preparavero, quod velim libenter ab
nigè quo- omni creatura despici, & derelinqui, atque penitus
fetior mo- nihil videri, non possum interius pacificari, & stabi-
quanto- lari, nec spiritualiter illuminari, neque plenè tibi
ndo, tan- amiri.

CV. Quartò suadeat, ut bene perpendat, quantopere DEUS illo ipso tempore, dum ipsa contemnitur, ab infinitis hominum milibus negligatur, spernatur, & contemnatur; quam proinde iniquum sit, si, cum DEUS infinita laude dignus, haec à subditis suis, quibus cœlum promittit, & sanguinem dedit; immò hoc ipso momento alit, & à periculis defendit, tam graves contemptus tam patienter ferat, & dissimulet, ipsa de suo contemptu & derisione conqueri velit.

CVI. Quintò iterum sibi applicet totum capit
18. l. 3. de imit. sibique dictum putet à Christo: Fi-
lia, non agrè feras, si quidam de te male senserint, &
dixerint, quod non libenter audis. Tu deteriora de te-

P

ipsa

ipsa sentire debes, & neminem infirmorem te culpa
Si ambulas ab intra, non multum ponderabis volun-
verba. Est non parva prudentia, silere in tem-
malo, & introrsus ad me converti, nec humano ju-
disturbari. Non sit pax tua in ore hominum; su-
nim bene, sive male interpretati fuerint, non es idem
ter homo. Vbi est vera pax, & vera gloria? ne
in me? & qui non appetit hominibus placere, ne
displacere, multa perfruetur pace. Ex inordinato-
re, & vano timore oritur omnis inquietudo cordis,
distractio sensuum.

§. IX.

Tentatio IX. Circa falsam accusationem.

CVII. **L**anbertus Religiosus falsò coram super-
ribus suis accusatus, omni quidem sua
Innocentiam suam demonstrare nititur, sed fru-
quia prævalentibus Accusatoribus beneficio suo
liori privatus, & ad aliud minus pingue, gratum
detrusus est; ex qua injuria cùm gravissimum an-
dolorem concepisset, ejusdem relevandi causâ Ca-
fessarium adit, eique totam rei seriem magno
sensu exponit. Quæritur, quomodo consolanda
& contra hanc tentationem armandus sit?

Responsio.

CVIII. In primis ei narret, quid Joanni Peccatore
Minoritæ contigerit, qui, cùm in Capitulo genera-
falsò fuisset accusatus, & postea coram crucifixi-
gine suam injuriæ deplorasset, audivit à Christo
Et quid ego merui, ut apud Pilatum falso accusau-
sus.